

ant sine maiori scandalo. Pius Quintus in  
 viua vocis oraculis, pag. 32. Hac facultate  
 vti possunt omnes nostri, vnusquisq; in suo gra-  
 du, & officio. Ex Cōpēdio Indico Societatis.  
 ¶ Possunt Patres Societatis sine pericu-  
 lo irregularitatis, per varia Indiae loca mi-  
 lites Lusitanos exhortari in bello cum Infi-  
 delibus, ad fortiter cum hostibus configen-  
 dum: dummodo Patres ipsi haud ferant ar-  
 ma. Concessit hoc Pius Quintus quarto die  
 Ianuarii anno Domini, 1569, ad decennium.  
 Quod postea Gregorius, 13. indulgit in per-  
 petuum, vtest in Viua vocis oraculis pag.  
 59. & 86. Hanc etiam possunt Superiores  
 communicare iis omnibus, quos ad huius-  
 modi officium deputabunt. Ex Compen. In-  
 dico Societatis. ver. Bellum,

### COMMUNICARE.

¶ Scito q̄ in Clementina Religiosi, de  
 Priuilegiis, excōmunicantur ipso facto qui-  
 cunq; Religiosi, qui Sacramentū Eucharistię  
 conferunt Clericis vel Laycis, nisi prius ha-  
 beant licentiam specialē Parochi, ibi enim  
 dicitur. Religiosi, qui Clericis, aut Lay-  
 cis Sacramentum vnctionis Extreme vel  
 Eucha-